Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Drei Vorlesungen in Rom - Cod. Ettenheim-Münster 196

Lugo, Juan

[S.l.], 1632-1633

Sectio I.

urn:nbn:de:bsz:31-116360

Visual Library

aliqua peccata illi virtuti opponuntur. sic differunt spēe ctra Justitiam commutativam detractio, furtum, et rapina. sic etiam ctra religionem differunt spēe blasphemia, vel negaō adoraōis debitæ &c. eodem modo differunt irreverentia quæ fit per violaōem legis, et quæ fit per contrectationem indecentem rei sacræ.

DISPVTATIO II

De malitia extrinseca quam vnus actus participat ab alio.

Antequam dicamus de malitia intrinseca quam actus malus h̃t a seipso, dicemus de malitia extrinseca quæ vni actui coicatur ab alio a quo oritur. cœterum qa contrariorum ē eadem raō, n̄ poterimus n̄ explicare obiter bonitatem moralem quæ eodem modo solet coicari actui imperato ab actu imperante.

SECTIO I.

Quomodo actus imperatus recipiat bonitatem vel malitiam ab imperante?

Sermo ē de actu imperato interno, de quo ē peculiaris difficultas, ad quam supponendum ē ex com̄i et verissima sentiā Theologorum actum potā externa imperatum a voluntate n̄ addere bonitatem vel malitiam, nec meritum aut demeritum, supra bonitatem et meritum, vel supra malitiam et demeritum actus interni; nam qui efficaciter vult dare eleemosynam et quando mittit manum in crumenam n̄ invenit pecuniam perinde ē per se loquendo qd attinet ad bonitatem et meritum ac si eam dedisset, et contra qui proiicit sagittam in alium et ex errore illum n̄ occidit perinde ē in ordine ad culpam ac si verè occidisset. dixi per se loquendo, qa contingit per accidens qd præsentia obti sit ocā perseverandi diutius in actu interno, vel maioris intensionis, qa quam vel qa maiorem difficultatem, quæ tunc sentitur, sit magis meritorius actus internus. cœteris tn̄ paribus qa solam positionem vel ablationem actus externi n̄ augetur neq minuitur bonitas vel malitia. quamvis ergo actus etiam externus sit bonus vel malus et peccatum, n̄ tn̄ h̃t diversam bonitatem vel malitiam, sed denominatur bonus vel malus ab eadem prorsus bonitate vel malitia quæ immediate ē in actu interno. raō ē, qa supposito actu interno et voluntate oio efficaci actus externus necessariò procedit sine novo exercitio libertatis. eodem ē modo obediunt potæ exteriores et multò magis quam bruta & sicut ex eo qd equus moveat,

quando

quando ego volo, n augetur meum meritum vel demeritum, ita neg. res quod moueatur pes vel manus, tam necessario e. vnus motus quam alter supposita mea voluntate. videatur Suarez latè hoc probans tom. 3 de gratia lib. 12. cap. 6. Salas 1. tom. tract. 6. disp. 6. sect. 7.

Ex hoc principio oritur difficultas grauis, nam sicut actus externus comparatur in ordine ad internum a quo oritur, ita videtur se habere vnus actus voluntatis imperatus ab alio actu voluntatis a quo accipit bonitatem vel malitiam extrinsecam. Et sicut actus externus n ht aliam bonitatem vel malitiam præter eam quam ht actus internus, ita actus imperatus n deberet habere aliam bonitatem aut malitiam præter eam quam ht actus imperans, nam sicut posito actu interno sequitur necessario actus externus, ita posito imperio efficaci quo volo elicere actum misericordiæ n potest n sequi actus misericordiæ. Et sequitur absque noua libertate, et per consequens absque noua bonitate. consequens autem videtur absurdum, quia sequeretur in eo qui ex timore inferni vult iustificari, et ad hunc finem vult habere actum contritionis, tunc, inquam, contritionem imperatam ab illo actu priori n haberet propriam bonitatem intrinsecam, sed solum esse bonam bonitate extrinseca actus imperantis qui solum erat ex timore inferni, et per consequens illam contritionem n esse sufficientem dispositionem ad iustificationem, sicut nec dolor ex metu inferni sufficit extra Sacramentum.

Prima sententia docet actum internum imperatum nullam accipere bonitatem aut malitiam ab actu imperante, sed actum imperatum habere propriam libertatem et moralitatem omnino distinctam ab imperante, quando v.g. voluntas ex desiderio poenitentiæ imperat actum dilectionis Dei n aliter concurrit actus poenitentiæ ad actum dilectionis nisi impellendo intellectum vt applicet motiua ad actum dilectionis excitandum, quibus motiuis applicatis adhuc e in potestate voluntatis elicere vel n elicere dilectionem Dei, quare si eliciatur habebit suam libertatem et moralitatem diuersam a moralitate actus Poenitentiæ. ita videtur sentire P. Vasq. disp. 51. cap. 5. et disp. 53. cap. 1. et 2. et disp. 73. cap. 10. contra quem agit P. Suarez dicto lib. 12. de gratia cap. 11. num. 15. probans ex communi Theologorum posse vnam virtutem imperare ad suum finem actus aliarum virtutum.

Ad hanc sententiam n parum accedunt alij qui dicunt actum imperij n posse esse absolutum et efficacem respectu alterius actus voluntatis, sed solum per modum simplicis complacentiæ seu quasi inclinantis et hortantis voluntatem ad alium actum, relinquendo tamen illi omnimodam indifferentiam, sicuti Dominus etiam imperat seruo et tamen seruus liberè obedit, quare posito imperio potest n sequi actus imperatus.

Vtraque sententia difficilis e, quia vtraque admittit solum

B

tale

tale imperium quo stante potest non sequi actus imperatus, quod quidem licet possit
illigi in imperio Domini respectu servi, Dominus enim solum vult obligare quan=
tum potest, non potest autem necessitare servum sed precepto vel minis movere, at
voluntas respectu suiipsius habet maius dominium ac proinde si sibi imperat non
potest non obedire. alioquin ~~semperet~~ sequeretur posse aliquem habere propositum
implere omnia precepta Dei, et stante ac perseverante hoc proposito et occurrente
occasione servandi aliquod preceptum, posse, inquam, illud omittere. Probatur sequela quia
illud propositum est quoddam imperium implicitum eorum actuum qui neces=
sary fuerint ad servanda precepta, sed stante imperio potest non poni actus impe=
ratus per te. Ergo stante et perseverante illo proposito potest violari aliquod preceptum.
Consequens autem est satis absurdum et contra mentem Tridentini sess. 14. cap. 4.
ubi motum attritionis vere dicit esse talem ut omnem voluntatem peccandi ex=
cludat. Ergo stante illo proposito vult non potest non sequi observatio cuiuscunque precepti
occurrentis, alioquin illud propositum excludit omnem pravam voluntatem peccandi,
siquidem potest perseverare cum illa.

Ideo alii dicunt actum voluntatis imperatum, etiamsi ex
suppositione imperantis necessario sequatur, adhuc habere suam propriam
libertatem distinctam a libertate imperantis, et per consequens distinctam
moralitatem, bonitatem, et meritum. cui sententie accedit Suarez dicto cap. 11.
num. 11. ubi licet neget de facto imperari actus voluntati adeo determinate
ut necesse sit ex vi imperij poni actum imperatum eo instanti, addit tamen casu
quo ita imperaretur concedendam esse libertatem et meritum distinctum in actu
imperato, quia quando voluntas se libere determinavit ad actum imperantem
praevisa connexione necessaria inter ipsum et actum imperatum, eo ipso se
determinavit simul ad actum imperatum, qui solum est necessarius ex suppositi=
tione libera et non aliter volita quam ut habente connexionem cum ipso actu
imperato.

Haec doctrina semper mihi visa est difficillima, non video
enim quomodo possit coharere cum doctrina communi supra tradita, et quam sequitur
idem Suarez de actibus externis, qui non addunt novam libertatem aut bonita=
tem supra actum internum, quia eadem proportione videtur urgere in actu in=
terno imperato, siquidem voluntas etiam amplectitur uno impetu actum
internum visa connexione necessaria quam habet cum actu externo, et actus
externus solum est necessarius ex suppositione libere volita, et tamen negatur
actui externo nova bonitas et distincta libertas, quia posito actu interno non potest
non subsequi externus, quare solum est liber in causa. eodem autem modo habet se omnino
actus imperatus qui posito imperante non potest non esse. Ergo eodem modo non erit liber
in se sed solum in causa scilicet in positione actus efficaciter imperantis.

Dices discrimen esse quod actus potentiae externae de se est incapax li=
bertatis et moralitatis immediatae, quia non oritur a potentia libera immediate,

at vero

at verò actus voluntatis ē capax libertatis, qa ē actus elicitus a pōia libera, ē ideo sit ēē sbiectum immediatum libertatis, ē denominari immediatè liber ab indifferentia quam voluntas hīt in actu primo. Sed contra, qa qd actus de se sit capax libertatis n sufficit vt hic ē nunc sit liber, nam licet dilectio Dei quam hō beatus hīt de se capax libertatis iuxta coēm sententiam, in patria tn n ē libera, qa deficit ~~ea~~ conditio requisita scilicet indifferentia principij. Eg licet actus misericordiæ imperatus sit de se capax libertatis n ideo erit immediatè liber hic ē nunc deficiente conditione necessaria ad libertatem immediatam, scilicet indifferentia in principio proximo ē immediato, nam licet voluntas pro signo priori ante actum imperantem sit indifferens ad vtrumq actum, sed tn pro signo sequenti quo hīt actum imperantem pro priori nāx ante imperatum n ē iam indifferens ad habendum vel n habendum imperatum. Eg n hīt indifferentiam per modum principij proximi ad actum imperatum. nec obstat illam esse determinatam ex suppositione libera, qa ad impediendam libertatem immediatam in effectu sufficit ea determinaō, vt si quis liberè vellet ē poet videre Deum dilectio Dei consecuta ex illa visione n eēt fōaliter ē immediatè libera in se, sed solum in cāa scilicet in voluntate videndi Deum, licet tota eius necessitas oriretur ex suppositione liberè volita, qd alijs multis exemplis ē manifestum.

Ratio a. a priori ē, qa licet ante actum imperantem voluntas sit indifferens ad vtrumq actum, illa tn differentia determinatur oīo per positionem actus imperantis, ita vt in illo signo intermedio, pro quo illigimq actum imperantem ante imperatum, nulla sit iam indifferentia ad ponendum vel n ponendum actum imperatum sed oīmoda determinaō. Eg quicquid postea fit n ē liberum noua libertate, sed solum ē liberum denominatiue ab exercitio libertatis iam posito. ponamq eg. qd Deus neget tunc concursum ad actum imperantem, n stetit certè per hoīem qd n sequeretur actus imperatus, ipse. e. de se posuit cāam efficacem ad quam necessariò debebat sequi. Eg n erit minus laudabilis coram Deo nec minus præmiabilis quam si secutus fuisset actus imperatus, sicut ē contra qui imperat actum odij Dei, licet ex defectu concursus n sequeretur, n ideo eēt minus culpabilis ē punibilis, siquidem quantum ē de se posuit cāam efficacem vt necessario sequeretur odium. qd totum fundatur in eo qd nihil ē obiectum laudis aut vituperij nisi quatenus hō liberè se determinat ad illud, actus a. imperatus n determinat liberè hoīem per suum exercitium, iam. e. inuenit pōiam oīo determinatam ad illum eliciendum. Eg n ē laudabilis aut vituperabilis ratione sui, sed solum in cāa quatenus actus imperatus in suo exercitio determinatur pōia ad vtrumq actum habendum, qua determinaōe posita nulla laudabilitas vel vituperabilitas noua aduenit per exercitium fōale actus imperati.

Propter hæc alij magis consequenter concedunt actum

imperatum

imperatum nullam habere novam moralitatem, bonitatem vel malitiam supra illam quam ht actus imperans, sed solum denominari bonum vel malum a bonitate vel malitia actus imperantis. quæ sententia licet videatur consequenter procedere, tn nimis dura est inconvenientia supra insinuata quæ ex ipsa sequi videntur, scilicet quando quis ex motivo aliquo humano vult confiteri ne confessarius ipsum reprehendat et ad hoc se preparat et dolet de peccatis etc; tunc, inquam, hunc actum doloris imperatum ex illo motivo humano n haberet in se aliam moralitatem nisi quam participat ex actu imperante, qui cum fuerit malus venialiter sequitur qd ipse dolor sit malus venialiter malitia denominativa et nullam hat bonitatem intrinsecam, et per consequens n ee sufficientem dispositionem ad Sacramentum. ex quo fit oes qui eo fine accedunt ad confessionem facere confessiones sacrilegas, utpote sine dolore necessario ad valorem Sacramenti.

Ad obviandum ergo his oibus inconvenientibus probabile mihi e de facto raro vel nunquam imperari actum voluntatis ita determinate, ut cogatur voluntas ad habendum illum eodem instanti, sed imperari cum aliqua temporis latitudine; quam assertionem quadam parte video ee etiam de mente P. Suarez dicto tom. 3. de gratia lib. 12. cap. 11. num. 11. addo tn casu quo actus voluntatis determinate imperaretur pro hoc eodem instanti n habiturum aliam moralitatem præter eam quam ht denominative a moralitate actus imperantis, nisi forsan quoad aliquas circumstantias quas actus imperans n prescriberet, qualis eet maior intensio, vel extensio, affectus, et alia similia.

Ex qua doctrina facile est occurri raoibus dubitandi, ponimus e. ex una parte imperium de facto n per modum velleitatis sed per modum voluntatis efficacis quæ dicat: volo elicere actum contritionis; ex altera vero parte ponimus relinqui adhuc voluntatem liberam ad habendum vel n habendum actum imperatum, et per consequens actum imperatum elici cum indifferentia et bonitate propria distincta a libertate et bonitate actus imperantis. quando e. fit contritio nihil precedit in actu imo qd cogat ad eam eliciendam, nam actus imperii n cogit ad eliciendam contritionem eo instanti, tempore vero sequenti est voluntas desistere ab imperio qd nunc ht et ita n elicere actum imperatum et hoc instanti quo fit actus contritionis nihil oio precedit in actu imo qd determinet ad eam unquam habendam, solum e. precedit imperium nunc existens, sed imperium nunc existens n determinat ad contritionem nunc habendam, ut suppono, nec habendam postea, qa est postea cessare hoc imperium nunc existens et nunc fit contritio oio libere n solum quoad circumstantiam temporis sed quoad substantiam, facta fit ut posset nec nunc nec postea ee licet imperium nunc existat. ht ergo contritio libertatem et bonitatem propriam

distinctam

distinctam a libertate et bonitate imperij precedentis, hac fere ratione usus sum in tractatu de Incarnatione ad conciliandam impeccabilitatem Christi et eius meritum ac libertatem ad substantiam mortis cum precepto quod habebat, quatenus scilicet preceptum non determinabat ad moriendum nunc quando mortuus est, nec etiam preceptum nunc existens inferebat necessario mortem pro tempore sequenti, quia tempore sequenti poterat tolli illud preceptum petente et impetrante dispensationem ipso Christo, prout ibi latius explicatum est.

Hinc etiam infertur 2do quomodo actus imperatus participet etiam bonitatem vel malitiam ex imperante ultra bonitatem vel malitiam propriam quam habet ex suo obiecto. ad hoc enim non requiritur quod procedat necessario ab actu imperante, satis est procedere contingenter, esse enim bonum vel malum hunc actum ex fine extrinseco non est aliud quam fieri propter illum finem, sicut eleemosyna externa est bona vel mala quatenus fit propter bonum vel malum finem voluntatis imperantis. cum ergo actus imperatus etiam contingenter et libere procedens ex actu imperante, fit vere saltem extrinsece propter finem imperantis mouentem ad ponendum hunc actum imperandum, hoc sufficiet ut actus imperatus sit bonus vel malus per ordinem ad finem actus imperantis. unde obiter colliges non sufficere ad participandam hanc bonitatem vel malitiam extrinsecam esse precise obiectum actus boni vel mali nisi sit simul effectus, nam licet gaudeas de existentia Petri ex fine aliquo malo, non ideo Petrus erit malus moraliter denominatiue ad tuam complacentiam malam quam terminat, ratio autem est, quia esse obiectum actus mali non sufficit ut obiectum dicatur esse propter malum finem nisi simul obiectum sit effectus illius actus mali et nec sufficiet ut obiectum participet malitiam, hac enim in tantum participatur in quantum aliquid respicit finem malum.

Dubitant aliqui an haec bonitas vel malitia quam habet actus imperatus ex fine extrinseco sit aliquid intrinsecum in actu imperato. in hoc tamen non potest esse questio de re in nostris principijs, iuxta quae dicendum est eodem modo se habere sicut in actu externo, quare sicut actus externus secundum se est omnino indifferens ad denominationem boni vel mali iuxta diuersitatem voluntatis a qua oritur, ita actus voluntatis imperatus secundum se est indifferens ut habeat vel non habeat illam bonitatem ex fine extrinseco, quia potest non imperari ab eo actu nec ab ullo, et per consequens ea bonitas erit denominatio extrinseca, quae sine ulla mutatione intrinseca actus imperati potuit ei deesse.

Infero 3tio actus voluntatis differre ab actibus externis in eo, quod ibi non habent finem nisi extrinsecum et denominatiue ab actu quo imperantur, illi vero habent finem intrinsecum quem singuli actus respiciunt tanquam obiectum proprium, et aliquando etiam habent finem extrinsecum

denomi=

denominatiue ab actu quo imperantur et in ordine ad quem hēt etiam bonitatem vel malitiam extrinsecam. ita loquitur S. Thom. pluribꝰ in locis, præsertim 2da 2dæ q. 32. art. 1. ad 2dum. et q. 85. art. 3. q. 147. art. 7. et 3 parte q. 85. art. 2 ad 1mum, et supra q. 19. art. 2. ad 2dum, in 4to sententiarum dist. 14. q. 1. art. 1. quæstiuncula 3. et dist. 15. q. 3. art. 1. et dist. 16. q. 3. art. 1. quæstiuncula 2 ad 3tium, et alibi sæpe, ubi docet posse unum actum participare bonitatem ex fine extrinseco alteriꝰ virtutis imperantis, et hanc ēē bonitatem accidentaliter conuen̄ ñ propriam et substantialem; in quo etiam sensu accipiendum est qd docet supra q. 13. art. 1. in corp. ubi ait: si aliquis exercet actum fortitudinis ppr Dei amorem actum quidem illum m̄aliter ēē fortitudinis, fōaliter verò charitatis, ñ e. negat bonitatem fortitudinis ēē ēētialem illi actui, bonitatem vero charitatis ēē accidentalem, sed asserit bonitatem fortitudinis ēē m̄ealem hoc ē, substantialem illi actui, qa substantia actꝰ m̄aliter se hēt ou per modum obti ad bonitatem denominatiuam charitatis, quæ ē quasi ultima fōā denominans ipsum actum, sicuti substantia hōis m̄aliter se hēt ad denominaonem albi, licet albedo conueniat accidentaliter hōi, cui humanitas, conuenit ēētialiter, quæ explicatio colligitur satis ex seqq. verbis S. Thomæ.

SECTIO II.

Posse actum bonum habere malitiam extrinsecam, sed non e contra.

Ex dictis sectione præcedenti infertur ñ posse aliquem actum malitia intrinseca seu ex proprio obꝫo imperari ab actu bono alicuiꝰ virtutis, posse tñ e contra aliquem actum bonum ex obꝫo imperari extrinsece ab aliquo actu malo. Prima pars constat: qa si actꝰ misericordiæ imperaret actum intemperantiæ iam ille prior ñ fuisset vere ex motiuo misericordiæ, motiuum n. misericordiæ ē honestas quæ ~~differ~~ hic et nunc apparet in subleuando hoc paupere, ñ pt a. apparere honestas hic et nunc in subleuando paupere per actum intemperantiæ, hæc e. subleuaō ē mala, et inhonesta, ut supra dictum ē. Ergo ille prior actꝰ ñ habebat veram honestatem pro motiuo intrinseco, et per consequens ñ erat actꝰ bonus et honestus.

2da vero pars pbr etiam: qa pt aliquis ex motiuo vanæ gloriæ vel alteriꝰ finis mali velle exercere actꝰ temperantiæ, fortitudinis, Iustitiæ et aliarum virtutum, ut posit postea de ijs gloriari, vel ut per ea media impetret a Deo aliquam mundanam dignitatem quam desiderat, qui actꝰ erunt boni ex proprio obꝫo, mali a. ex fine extrinseco actꝰ imperantis, ut patet in casu posito in quo ille actꝰ imperatus

poēt